

Ad diem 30 Junii anno MDCCLXXVII.

Horâ 9nâ

IN AULA COLLEGII Ss. TRINITATIS.

**EXERCITIUM JURIDICUM**  
**TENTAMINI** PRO GRADIBUS PRÆMITTENDUM,  
**PROPOSITIS** EX VARIO JURE, HISTORIA,  
**ET RE NUMISMATICA THESISIBUS,**

Q U O D

PRÆSIDE ME

**GEORGIO CHRISTOPHORO NELLER,**  
J. U. D. ad Ss. Theolog. Doctoratum admissio, Ss. Canon. pro-  
fessore ordinario, Facultatis Juridicæ seniore, insignis Ecclesiæ  
collegiatæ ad S. Simeonem Treviris canonico inter presbyteros  
capitulari, & bibliothecario, Rmi & Srmi Domini Archiepis-  
copi Trevir. S. R. I. Principis Electoris consiliario intimo,  
& examinatore Synodali &c.

DEFENDET

*PRÆNOBILIS, ORNATISSIMUS, AC PERQUAM ERUDITUS*  
**D. JOANNES JOSEPHUS NICOL. NALBACH, TREVIR,**  
AA. LL. & Philos. Baccalaureus, utriusque juris, nec non  
S. R. I. publici, & feudalis, ac Historiarum emeritus.

---

AUGUSTÆ TREVIRORUM,  
TYPIS ESCHERMANNIANIS.

EXERCITIUM JURIDICUM  
TENTAMINI GRADIBUS PRÆMITTENDUM  
PROPOSITA HISTORIA  
**OPPUGNANTES.**

*NOBILES, ORNATISSIMI, AC PERQUAM ERUDITI*

R. D. JOANNES WEIMER, ex Dehrens Nassovia, presbyter ex-  
alumnus, Ss. Theolog. emeritus, Ss. Canon. auditor.

D. MARTINUS FREYBOTT, Aubanus, juris utriusque nec non  
S. R. I. publici & Historiarum auditor.

---

Ex dictis Confucii, magni Sinarum 550 ferè annis ante J. C. Phi-  
losophi ac Status ministri, ad suum sciolum discipulum *Yeu*. Edit.  
Parif. an. 1687. lib. 3. §. 3. pag. 17.

*Sciens rerum & esse & haberi desideras. Age nunc ergo; docebo te scire, sive docebo te, quis verè sciens rerum dici queat. Scis quidpiam? profiteri, quòd id scias. Non scis, ingenuè fatere te nescire, seu sic te gere, ut qui id nescias: hoc enim verò scire est & rerum scientem esse: neque enim hoc exigitur, ut causas omnes & naturas rerum perspectas quis habeat; sed ut ea, quæ officii sui sunt, intelligat ac perdiscat, incognita pro cognitis non habeat, hisque temerè assentiatur, & quod deterius est, aliis errores suos venditet, tam sibi quàm aliis imponens. &c.*

REVERE  
EX  
D. P  
WILL

IN  
ECCLESIE  
CANO, CA  
PITULARI  
SIARUM  
N

DOMINO  
IN RHAM

SERENIS  
ARIO IN  
PRÆSI

INCULTI C

DO

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO,

E T

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PHILIPPO FRANCISCO  
WILDERICO NEPOMUCENO

S. R. I. COMITI

D E

WALDERDORF

IN MOLSBURG, ET ISENBURG,

ECCLESIAE METROPOLITANÆ TREVIRENSIS DE-  
CANO, CATHEDRALIS SPIRENSIS CANONICO CA-  
PITULARI, INSIGNIUM COLLEGIATARUM ECCLE-

SIARUM, S. PAULINI EXTRA, ET S. SIMEO-  
NIS INTRA MUROS TREVIRENSES  
PRÆPOSITO,

DOMINO TEMPORALI SATRAPIÆ KYLBURGENSIS,  
IN RHAMSTEIN, CORDEL, THIESBURG, FILZEN,  
GEROLFANGEN &c. &c.

SERENISSIMI D. N. ELECTORIS ARCHIEP. CONSILI-  
ARIO INTIMO, CONSILII ELECTORALIS AULICI  
PRÆSIDI, ET AUGUSTÆ TREVIRORUM URBIS  
PRO-PRINCIPI,

INCLYTI ORDINIS ELECTORALIS BAVARICI S. GEORGII  
ARCHICOMMENDATORI,

DOMINO AC MECAENATI MEO  
GRATIOSISSIMO.

LAM ERUDITI

viae, presbyter et  
aditor.

is utriusque nec no

annis ante J. C. Pri-  
cipulum P. u. Edu

ergo; docebo te fore  
quidpiam? profitemur  
seu sic te gere, ut qu  
m esse: neque enim ha  
Etas quis habeat; sed u  
cognita pro cognita  
us est, alius erroris su



REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, & EXCEL-  
LENTISSIME DECANE & PRO-PRINCEPS,  
DOMINE DOMINE GRATIOSISSIME.



**P**rimum in jure periculi, quod tento, pagellas, patere, ut  
illustrissimo Nomini Tuo devotus consecrem: id ausuro  
suasit singularis illa comitas, quam soles academicis ex-  
hibere, ultra quam ferè Dignitatis Tuæ celsitas permit-  
tat, literis vacantium patronus, quia literatus ipse,  
juris præsertim utiliori studio in adolescentiâ solerter  
addictus, eidem in juventute observationibus præceos  
atque politicæ augendo varia in longinquas terras itinera  
suscipiens: quâ eminente industriâ factum est, ut brevi tempore ab ingressu  
in hujus Metropolitanæ Capitulum suffragia Te unanimia eveberent ad ean-  
dem sedem Decanalem, quam Eminentissimus glor. memor. patruus, JO-  
ANNES PHILIPPUS, dum in Archiepiscopatus Coadjutorem eligebatur,  
jucundissimâ sui recordatione comparatâ an. 1754 dimisit: mox SERENIS-  
SIMUS ELECTOR, qui non nisi viros selectos in partem sollicitudinis suæ  
vocare ad solet, vicarium augustæ urbis nostræ principatum adjecit cum præ-  
sidio Consilii aulici; quanto civium tripudio, jam non describam, cum re-  
centissimæ sit res memoriæ; bonus nempe gratusque Trevir meminit, quàm  
bonus civis, civiùmque pater fuerit celsissimus ille patruus Tuus, dum eas-  
dem urbis habenas annis plurimis vegebat, totius amor, amantium oblivione  
quâvis exemptus WALDERDORFIUS; cujus meritum, si quidem superari  
posset,

posset, à Te id profectò expectaretur, quem generosa natura, liberalis  
educatio, congenita nobilitas animi, nil nisi, quod æquum, bonum, justum  
est, sinunt spirare, facere, permittere. Servet igitur fidelis Trevir charum  
sibi Proprincipem diu, doliturus, si, quod iste quidem meretur, ille verò  
imminens subveretur, ad celsus subsellium evocaretur patriâ, à dilecto SIBI  
cive avulsus. Ego verò theses has meas celsis EXCELLENTISSIMÆ DI-  
GNITATIS TUÆ manibus demissè offerens, protectioni illi, quâ  
orphanos singulariter tueris, me commendo orbatum utroque parente,  
patre cive academico, qui ultra viginti annos juris civilis cathedras hîc rexit,  
mihique, primum lac jurium aliunde haurienti, cum ipse duriozem Digesto-  
rum & Codicis panem filio frangere cogitaret, labore fractus obiit præma-  
turam mortem, aliis imperfectum opus, eheu, relinquens perficiendum, re-  
liquam fortunam Providentiæ, hujusque ministris, committens, quorum  
è numero esse velis, enixè rogo, profundissimo respectu perseverans

REVERENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ  
EXCELLENTIÆ TUÆ

Servorum infimus  
J. J. N. Nalbach;



## EX JURE GENTIUM.

### TEXTUS.

**I**mperitia quoque culpæ adnumeratur, veluti, si medicus *ideo* fervum tuum occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. 7. *Inst. de leg. Aquil. ex l. 8. ff. ad eand. leg.*

### SCHOLIA.

- I. Imperitia de se culpa non est, sed *ingessio in negotium*, cuius quis peritiam caret.
- II. Per medicum intellige *quemcunque* medicantem, non solum eum, qui artem hanc longam proficitur.
- III. Per *malè & perperam* cape *positivum*, & omnium peritorum *judicio* commissum errorem in medicando; non quem *disputatio* fortè assereret, *contradictio* verò probabili argumento negaret.
- IV. *Indisputabilis* error contingere potest, *ante factum*, si medicus non occurrat *temporè* principiis mali, *in facto*, e. g. si manifestè malè secet, *post factum*, si e. g. sectum porro curare negligat.
- V. Nec *jus naturale* curat *distinctionem*, utrum medicus, per imperitiam aut incuriam delinquens, sit *assumptus ex contractu vel quasi*, an verò *citra ullum contractum*: semper enim *vel levissimam* hoc jure præstabit culpam, secus quàm distinguitur ad l. 7. §. *ult. ff. ad leg. Aquil.*

A

VI. Im-

natura, liberalis  
bonum, iustum  
lis Trevir charum  
meretur, ille verò  
ià, à dilecto SIBI  
NTISSIMÆ DI-  
otectioni illi, quò  
utroque parente,  
is cathedras hic vexit,  
ipse diviniorem Digges-  
e fructus obiit præmi-  
ens perficiendum, v-  
committens, quorum  
reservaverant

ILLUSTRISSIMÆ  
LÆ TUÆ

Servorum infimus  
J. N. Nalbach

- VI. Imperitus medicus est non tantum is, qui *regulas medicandi* nescit, sed & ille, qui *experientia diuturna praxeos* caret, licet theoriam scholæ calleat:
- VII. Et medicus scholis *Æsculapii recens egressus* minus multo valet ad medicandi licentiam, quam juris emeritus scholarum ad cruda studia in forum protrudenda.
- VIII. Hinc utrumque hoc hominum *sic litteratorum* genus potius diu *compracticare* deberet duci *cuidam expertissimo*, quam *solitariè praticare*.

### EX JURE CANONICO.

- I. Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam *nullus omninò salvatur*. *Cap. 1. de Summ. Trin.*  
*Infero.* Ergo neque *hæreticus materialis* qui vocatur, si non fit intra hanc Ecclesiam.
- II. Clerici in Germania non obligantur *statutis communibus civitatum*, tam *imperialium* quam *municipalium*: neque *statutis parvorum Dominorum territorialium*; non solum quoad *vim eorum coactivam*, sed nequidem quoad *vim directivam*.
- III. *Principis* autem *secularis* provincialibus *statutis* quoad *utramque vim* obligantur; exceptâ illâ, quæ exercetur in *personalia*, salvis de cœtero privilegiis clericalibus.
- IV. Hinc Clerici sub ejusmodi *Principibus* commorantes, quâ hæredes tenentur observare horum leges de *successionibus testamentariis*, & *ab intestato*; subjacent confiscationi, si inveni, vel eveni faciant prohibitas merces ex provinciâ, mulctari possunt, si erogent *pecuniarum species* ultra auctarium à Principe permissum, vel in commercio utantur *monetâ interdiktâ*, &c.
- V. Multa quoque *Civitatum* præcepta, quæ *ad politiam* civium *communem* pertinent, Clerici servabunt, non *vi præcepti talis*, sed *ob vitam*, & *honestatem clericalem*, à Ss. Canonibus præscriptam.

### CASUS CANONICUS.

In quadam Ecclesiâ *turnus* ambulat de 7 in 7 dies, & est ordo *Presbyterorum* canonicorum *indefinitus*, ita, ut, qui Diaconus canonicus fit Presbyter, statim de ordine Diaconorum, licet horum esset junior,

nior, omnes  
transiens, f  
pergressus o  
horum pen  
moda turni  
hebdomade,  
penultimus.

Q. An C

R. Cajus  
perinde ut  
nalem, don  
cano; quia

EX

I. Verratur  
enare.

R. Verum  
Mog. & Dec  
Mog. pag. 31  
perjurum dicit  
mondem: u  
vererunt: d  
stulus in lau

II. Scholæ Ur  
latine?

R. Leg  
derivatum  
adde Wac

III. In cit. T  
die) auch t  
in allen D  
de andre P

R. Idem q  
en & subje  
Archidiaconus  
cum Archidia



nior, omnes se receptione seniores Diaconos juxta *cap. 15 de M. & O.* transiens, fiat in ordine Presbyterorum ultimus; *turnus* nominationis pergressus ordinem Presbyterorum, jam pervenit ad Diaconos; Cajus horum penultimus fit Presbyter, antequam perveniret ad eum hebdomoda turni, & transcendit omnes Diaconos: moritur Canonicus illa hebdomade, quæ sui turni fuisset, si in ordine Diaconorum mansisset penultimus.

Q. An Cajus presbyter factus gaudeat nominatione, an verò *diaconorum ultimus*?

R. Cajus gaudebit, contra F. M. Pironium de controvers. patronor. alleg. 90: perinde ut canonicus diaconus in Decanum electus retinet suam turnum diaconalem, donec ille decessurus usque ad ultimum capitularem denuò inchoetur à Decano; quia promotio potius augere debet, quàm *jus adimere*.

## EX GRAMMATICA JURIS GERMANICA.

I. Vertatur pressè ex idiomate Latino in Theodiscum infinitivus *alienare*.

R. Veranderen, sive olim verußzeren, hodiè veräußeren. Document. Official. Mog. & Decani B.M.V. Steph. Alexand. *Wirdwein* de an. 1280 Tom. I. *Dioces. Mog.* pag. 378. Aliud est *verändern*, mutare. nempe *res*, cum *verändern* mutet *personam domini*; quanquam olim vix inveneris ändern, sed loco ejus verbum *verwandeln*: sic Biblia Sac. XV illud Job. 30 v. 21; *mutatus es mihi in crudellem*, verterunt: du bist mir verwandelt in ein freyßlichen; & illud Eccles. 27. v. 12 *stultus ut luna mutatur*, der Tor wirt verwandelt als der Mon.

II. *Echaste Ursachen*, hodieque usitatum in foro verbum, quò redditur latinè?

R. *Legales cause*, ab antiquo *Ee lex*: hoc substantivum theodiscum exolevit, derivatum ab eo *adjectivum* mansit. Lege autem antiquissima linguæ nostræ Biblia: adde *Wachterum*: noli verò scribere: *Ehe*, vel *Echast*, sed *Echast*.

III. In cit. Tom. I. pag. 378 legitur: derselbe Priester sal (non soll, ut hodie) auch demselben Probst, ader (non oder, ut nunc) *Lands-Bischof* in allen Dingen gehorsam, und unterworfen sin, zu gleicher Weise, als die andre Pfaffheit derselben Probstien. Qui vertes hoc in latinum?

R. Idem quoque presbyter illi *Præposito*, sive *Chorepiscopo* in omnibus obediens erit & subiectus, eo modo, quo *alius* illius *Præpositurae Clerus*. Rectius hic *Archidiaconus* exprimitur verbo: *Lands-Bischof*, quàm apud Treviros *Chor-Bischof*; cum Archidiaconi Germaniæ non superintendant *Choro*, sed *Regioni*, ἐπὶ τῆς κλῆ-

εας προπύργιος, super regionem speculantes. Et quoniam Archidiaconatus plerumque fuerant, ut hodieque multi, *præposituris* annexi, ideo vocabantur *Probstheien*. Verbum vetus *Waffheit* hodie obsoletum est adeo, ut siquis per indignationem, aut vilipendiam Clericum vocaret *Waff*, *injuriarum* conveniri posset.

### EX GRAMMATICA LL. LATINA.

**I**n l. 36 ff. de *condict. indeb.* servus cujusdam insciente Domino *magidem* commodavit.

Q. Quid hinc est *magis*?

ædet *Glossa*, esse *tabularium*, seu *schacherium*: quid intelligat barbara, nescio: rectius dixisset *subalterium*. Evolve *magis Budæum* annot. in *Pandect.* pag. 344. ubi *Ful. Pollux* *magidem* refert inter *coquinaria instrumenta*, aitque, *maetram* (Treviris *eine Mul*, aliis Germanis *eine Multe*, ein *Backtrog*) appellari & *magidem*, & *scapham* (*eine Mulder*) vas ligneum in quo farina subigitur: sed non credo convenire huic legi. *Orbicularium* teneo *instrumentum* esse, quod vocat ex gallico *rondeillum*, sed non *coquina*, ejusmodi habent *pistores dulciarii*, *Zartenpfanne*; potius autem *lancem rotundam concavam*, que *mensis* apponitur, in modum *lancium* illarum, in quibus paratur *lactuca*, offeruntur *cremores*, *faræ* &c. quas tamen *lances* cum *platella* (ein *Plättel*) non confundo, utpote, quæ *magis plana* est, quam *magis* *Plinius* lib. 33 cap. II. hinc applico, referentem, quod *Fenestella*, qui obiit sub Principatu *Tiberii Cæsaris*, narret, *tympana* se juvene appellata fuisse *stateras*, & *lances*, quas antiqui *MAGIDAS* appellaverant, utique *argenteas*, de quibus loquitur *Plinius*, luxum vasorum mensalium apud Romanos describens. *Lancem* quoque ex lamina, cupræve profundam, cui *mercatores salem ponderandum* immittunt, rectè vocaveris *magidem*; item omne *pelvium* (der *Becken*) genus.

### EX LATINITATE DECRETI ET DECRETALIIUM GREGORII IX.

**I.** In cap. 1. §. *una verò* de *Summ. Trin.* ponitur: *TRANSSUBSTANTIATIS* pane in *Corpus* & *vino* in *Sanguinem* potestate *divinâ*: adde in cap. 6. de *celebr. Missar.* *transsubstantiavit*; barbarè id quidem, attamen apprime catholicè, ut significaretur *conversio totius substantiæ panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi*, remanentibus solis speciebus, non *conversio solius formæ in aliam*, remanente eadem materiâ.

**II.** In cap. 2. de *consuet. traditio agri*, *Ecclesiæ* cuidam oblati, in *Daniâ* fiebat

febat per  
lo involu  
cabatur v  
x. E  
ficabat; f  
bat; erat;  
Tom. I. I  
einen ande  
III. S. Aug  
donant, m  
hi venatore  
x. Pogi  
nates erga  
admin. rer.  
per compes  
\* Juri  
rior aute  
ille verb  
manus fu  
I. Frequen  
munio  
II. Hoc cas  
torie rep  
fortum id  
ego non se  
III. Constanti  
vi q̄ poscit.  
IV. Julianus  
gait in l. i  
tis exceptio  
datur.

fiat per *scotationem*, nempe portiuncula terræ de agro tali panniculo involuta tradebatur Prelato, aut ponebatur super altare: cur vocabatur vulgariter *scotatio*?

R. Erat *traditio symbolica*, per glebam à fundo ablatam, quæ hunc totum significabat; per hanc fundus ipse *scorabatur*, i. e. è manibus offerentis in alias transibat: eratque *scorari* verbum affine verbis: *afestucare*, vel *effestucare*, aut *merpire*, Tom. I. H. D. T. in indice juridico onomastico, *sich eines Guts enterben, und einen anderen damit beerben*.

III. S. Augustinus relat. in *can. 8. dist. 86.* ait: *qui VENATORIBUS donant, non homini donant, sed ARTI NEQUISSIMÆ.* Qui erant hi *venatores*?

R. Pugiles erant temerarii, in circo, vel amphitheatro eum feris bestiis decertantes erga mercedem vel honorarium. *l. 1. §. 6. ff. de postul. junct. l. 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. & l. 122. pr. ff. de leg. 1.* Non erant illi venatores, qui per campos & sylvas insidiantur feris, \*

\* *Incidens grammaticum*: Trevis ait: *venator*, ein Jäger, Germanus superior autem ein Jäger: quinam melius? R. Trevis. Hic dicit: *er jägt mich*, ille verò: *er jagt mich*, cursu me insequitur fugans: quis rectius? R. Germanus superior.

## EX JURE CIVILI.

*Ad Tit. XL lib. III. Cod.*

- I. Frequens in judiciis est *confortium litis*, i. e. eorum, qui habent communionem causæ in judicia deductæ.
- II. Hoc casu unus confortum agens *solus pro parte suâ* non poterat dilatoriè repelli hac exceptione: *sunt & alii præter te: & dum unus confortum ut reus conveniebatur, non poterat se tueri hac exceptione: ego non sum solus, habeo confortes cause.*
- III. *Constantinus senior A.* autem sustulit hoc jus in *l. i. C. Theod. de domin. rei q̄ possit.*
- IV. *Julianus A.*, vulgò dictus *apostata*, patruï sui *Constantini* legem abrogavit in *l. i. h. t. Explosis atque rejectis præscriptionibus*, i. e. prædictis exceptionibus, *agendi, vel respondendi licentia* \* pro parte *pendatur.*

\* Non solum autem *respondendi licentia*, sed etiam *uecessitas*, hoc ipso, quod uni contra unum consortium agere pro sua quota licuerit.

V. Cum verò hac lege stante periculum sit contrariarum sententiarum, quas diversi iudices pro diversis consortibus ferre possent, *practica cautela* est, agi *contra omnes* consortes, aut reum à iudice petere, ut ex officio alii *concententur*.

VI. Possunt autem *ex continentia causæ* concitari ad *idem forum*, etiamsi sub *diversis foris* essent. arg. d. l. 1.

VII. *Post litem legitime ordinatam*, i. e. contestatam, unus consortium solus, reliquis absentibus agere potest, vel *excipere in solidum*, nec pro sua parte tantum, etiam *sine mandato*, dummodo sic agens caveat, reliquos *ratam rem habituros*, aut sic *excipiens* satisfactione firmet, *iudicatum solvi*. l. 2. h. t.

VIII. Hoc casu reliqui non concurrunt *ad sumptus litis* ab uno consortium triumphante factos, nisi quatenus eorum consideratione excrevisset. l. 39. ff. *famil. ercisc.*

IX. Aliud verò est, *plures esse litis consortes*; aliud, *plures causam communem* facere: \*

\* *Litis consortium* oritur *ex rerum communione*; *causæ communionis factio* placet *ob par jus citra communionem*: sic aliquando duo vel plures Status Imperii aut alicujus provincie *causam communem* faciunt, quia sibi par jus habere videntur; quin tamen *jurium communionem* habeant: ita si contra prætendentem decimas in aliquo districtu omnes proprietarii *communem tueantur libertatem*, consortium litis habent: quamprimum verò *districtus* ille declaratus est *decimabilis* esse prætendenti, possunt, qui de sua exemptione confidunt, *causam inter se communem facere*, sic tamen, *ut singuli sigillatim exemptionem doceant*.

X. *Ante litem cum consortibus contestatam* unus eorum solus *sine mandato* ad *agendum nomine consortium* non admittitur, etsi cautionem de rato & grato vellet præstare; admittitur autem *ad excipiendum nomine* eorum.

XI. Quando res communis est *individua*, unus solus agere potest, vel excipere, sine cautione aliorum nomine præstanda. l. 4. §. 3. ff. *si servit. vind.*

CA-

Sempronius  
conditio  
venditor tan  
donec pactum  
fundis agru  
Wernig) He  
anni mense v  
resolutionem

Q. 1. Ca

R. Dimid

2. Cuij  
ein dicit W

R. Ponde

le Blanc pag.

petris parvis.

blico etiam §

tum 20 alio.

Lotharingica

Macimni.

3. An S

R. Affirma

I. H adri  
peri  
questus de  
rio; remo  
causam, p  
concellario  
Norem Ss  
fumpfissent.

II. In his liter

## CASUS CIVILIS.

**S**empronius emit agrum sub pacto: *ut, si intra annum melioris pretii conditionem invenerit, ager inemptus sit, pretio licet statim solvendo: venditor tamen non urget solutionem, adeoque emptor hanc differt, donec pactum additionis in diem expiraturum sit: Emptor, dum profundius agrum aratro scindit, reperit urnam monetis crassis (dicke Pfennig) Henrici II. Galliae Regis plenam, colligit messem, ultimo anni mense venditor, meliorem conditionem inventam, denuntiat emptori resolutionem emptionis: iste thesauro contentus reddit agrum.*

Q. I. Cujus sit iste thesaurus, venditoris, an emptoris?

℞. Dimidiabunt eum ambo. §. 39. *Iust. de R. D.*

2. Cujus ponderis, legis, ac valoris extrinseci erat talis Testonus, Treviris olim ein dicke Pfennig nuncupatus?

℞. Ponderis  $2\frac{1}{2}$  drachmarum, legis 15 lothorum, five quod idem est, & habet *le Blanc* pag. 268, 11 denariorum & 6 granorum: valeret ergo hodie Treviris  $31\frac{1}{2}$  petris parvis. An. 1561. 4 Mart. inclyt. Magistratus Trevirensis taxavit affixo publico einen Französischen, Lothringer, Maylander, und Bremer Dickpfennig tantum 20 alb. Trevir. Anno 1585 Joannes à Schönenberg taxavit Gallicanum 28 alb. Lotharingicum verò 27 alb. An. 1593 5. Sept. valvabatur 36 alb. *Ex MSio S. Maximini.*

3. An & Messem restituet?

℞. *Affirmativè.* per l. 4. §. 4. ff. *de in diem addict.*

## EX JURE PUBLICO S. R. I.

I. **H**adrianus IV. Papa, intellectam suorum à latere Legatorum malam pertractatione, scripsit ad *Archi- & Episcopos Germaniae*, conquestus de *Friderico I. Imp., Ottone Palatino, & Raynaldo cancellario*; remonstransque omnium Episcoporum esse hanc communem causam, petiit, permoverent illi Imperatorem, ut à comite, & cancellario satisfactionem exhiberi faciat, qui contra Legatos, & Matrem Ss. Romanam Ecclesiam magnas blasphemias evomere praesumpissent. *Radevicus lib. 3. cap. 15.*

II. In his literis dixit: *Fridericum*, acceptam occasione cujusdam verbi, quod

quod ipsarum literarum series continebat, *insigne videlicet coronæ BENEFICIUM tibi contulimus*, in tantam animi commotionem exarsisse, ut convitia in Papam, & Legatos coniecerit, eos à præsentia suâ recedere, ac de terra suâ velociter exire compulerit. *Ibid.*

III. Accedentes Imperatorem Archi- & Episcopi, ejus declaratione perceptâ, responderunt Papæ: *salvâ gratiâ vestræ sanctissimæ Paternitatis, ea verba tueri propter sinistram ambiguitatis interpretationem, vel consensu aliquo approbare nec audemus, nec possumus; eò quòd insolita, & inaudita fuerunt usque ad hæc tempora.\**

\* Pari providentiâ Henricus VII. Imp. adhibitis tabellionibus protestatus est, suum Papæ factum juramentum non esse fidelitatis; quod coram eo dixerant Legati à latere. Clemens V autem antidotum Clem. 2. de Jurejur. opponendum duxit.

IV. Referebant deinde Papæ responsum *Friderici* ad suam commonitionem, ponentes: *accepimus tale, quale decebat catholicum Principem.*

V. *Prima Imperatoris propositio hæc erat: Duo sunt, quibus nostrum regi oportet Imperium, leges sanctæ Imperatorum, & usus bonus Prædecessorum, & Patrum nostrorum: istos limites Ecclesiæ nec volumus præterire, nec possumus.\* quidquid ab his discordat, non recipimus.\*\**

\* Quorsum hæc duo appellat *limines Ecclesiæ?*

z. Ut notet, Ecclesiæ non esse potestatem, aut *leges Imperiales*, aut *bonas Imperii consuetudines* convellendi.

\*\* Hoc scuto & Gallia utitur, nihil Româ recipiens, quòd sive à *legibus Regni*, sive à *libertate Gallicanâ*, quæ *usibus*, non *privilegiis*, nititur, discordaret.

VI. *Secunda erat. Debitam Patri nostro reverentiam libenter exhibemus: liberam Imperii nostri coronam DIVINO TANTUM BENEFICIO ADSCRIBIMUS.\*\**

\* Iuxta *can. II. dist. 96. si Imperator catholicus est* (quod salvâ pace ipsius dixerimus) *filius est, non Præsul Ecclesiæ: quod ad Religionem competit, discere ei convenit, non docere.*

\*\* Consonant *d. can. II. dist. 96 verba: privilegia sue potestatis, quæ administrandis legibus publicis DIVINITUS consecutus est*, ubi Glossa: *non ergò à Papâ, nam Imperium à solo Deo est, can. 45. XXIII. q. 4. & à cælesti Majestate habet gladii potestatem. l. I. C. de V. J. E.* Subjungit eadem Glossa: *quod concedo de VERBO Imperatore. Sed quis est VERUS Imperator? dicitur quidam, quòd CON-*

STAN-

STANTINOPOLITANUS: sed iste alius (nempè Romanus) procurator est, five defensor Romana Ecclesia: & HUIUS ROMANA ECCLESIA CONCEDIT GLADII POTESTATEM ET CORONAM: sed contra &c. Ecce hinc, quò labantur illi DD., qui ideam nostri Imperatoris merè constituunt in jure Advocatiæ: sanè enim Advocatus jus gladii ab illo habet, cujus est Advocatus armatus: neque verò Romæ coronatur Rex Germaniæ ut Advocatus, sed sicut Imperator Romanorum.

VII. Tertia: Electionis PRIMAM vocem MOGUNTINO Archiep.\* deinde, quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus recognoscimus: \*\* REGALEM unctiorem COLONIENSI, \*\*\* supremam verò, quæ Imperialis est, summo PONTIFICI. Quidquid præter hæc est, ex-abundanti est, à malo est. \*\*\*

\* Mos ergò sæc. XII. fuit, ut in electione Regis Germanorum & Romanorum Moguntinus primam vocem haberet: consentit contemporaneus Pœta Giunberus in suo Ligurino:

- - - Ad proceres electio pertinet, in quâ  
Præcipuam vocem PRÆSUL de jure vetusto  
MAGUNTINUS habet.

Succesfu temporis autem (nescitur quâ occasione vel modo) Moguntinus dedit vocem postremus, & Trevirensis primus, qui mos A. B. firmatus est cap. 4. §. 4. ibi: cui primam vocem competere declaratus, sicut invenimus HACTENUS competiisse: non dicit Carolus IV: ab antiquo, ut aliàs dicit, sed: hactenus: credibile est, sæculo XII nondum in electione Cæsaris adhibitum fuisse scrutinium, nequidem publicum, sed unumquemque, non interrogatum ab alio, votum suum palam dixisse: postquam verò ad imitationem juris canonici placuit in electorali collegio scrutinium publicum, tulisse usum, ut Primas Collegii, reliquos prius scrutatus, daret ultimo loco suffragium: id quod hodieque servatur, etiam in Canonicorum Collegiis, quando suffragia non dantur secretò.

\*\* Ait Fridericus: cæteris secundum ordinem Principibus, id quod & sæc. XIII adhuc dicebat Innocentius III in cap. 34. de Elect. & Clemens V in cap. 1. de jurejur. Ex quibus patet titulaturam Principis Electoris, tines Rursfürstens, nequidem sæc. XIV adolescente passim usitatum fuisse. Vid. Hist. Diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 49. lit. b. & pag. 63. lit. e. pag. 176. col. 1. Parcüs autem dederunt ipsimet Imperatores hunc titulum, sed solum Principis, stylo ordinario: imò nec Archiepiscopi nostri Electoris titulo utebantur ante Joannem Badensem, sæc. XV. Vid. eund. Tomum pag. 429 not. 2.

\*\*\* Quæ & illi firmata est per A. B. d. cap. 4. §. 4. cui (Archiep. Coloniensi) competit dignitas, nec non officium Romano Regi primum diadema regium imponendi. Nulla quidem hæc fit restrictio ad casum, Aquisgrani, aut alio provincia Coloniensis loco, fieri coronationem contingat: origo tamen hujus prerogativæ aliunde

B non

videlicet corone BE-  
commotionem exar-  
erit, eos à præsentia  
pulerit. Ibid.  
jus declaratione pe-  
sanctissime Paterni-  
interpretationem, cui  
mus; ed quòd insolita,  
tionibus protestatus est.  
oram eo dixerent Legi  
opponendam duxit.  
suam commoniti-  
dicum Principem.  
quibus nostrum re-  
usus bonus Præde-  
nec volumus præte-  
recipimus. \*\*  
periales, aut bonas in-  
quod sive à legibus Reg-  
nitur, discordaret.  
benter exhibemus: li-  
VTUM BENEFICIO  
nod solvâ pace ipsius dise-  
competit, dycere ei con-  
e potestatis, que admini-  
Hostia: non ergò à Papi,  
à celesti Majestate hinc  
ta: quod concedo de VE-  
ut quidam, quòd CON-  
STAN.

non est, quam à jure metropolitico in Aquisgranum. Quo fundamento etiam *Balduinus* noster, tanquam *Metropoli*ta vicinior *Coloniensi* provincie prætendit jus coronandi *Ludovicum* IV Bavarum, *Coloniensi* deficiente, compromiserunt in hunc *Electum* ambo contententes, *Petrus* Moguntinus, & prælaudatus *Balduinus*: laudum *Ludovici* extitit, ut eâ quidem vice instanti *Moguntinus* *Aquisgrani* coronaret; sed iura mensum jus suum tale plenè probaret; quòdli in probatione deficeret, tunc jus hoc pertinere debere ad *Trevirensis*. *Hist. Diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 25.*, in quo nihil mutavit amicabilem compositionem inter *Moguntinum*, & *Coloniensem* de an. 1657.

\*\*\* Hæ tres Regule pro cynosura sunt Majeftati Imperii Romano-germanici.

### EX JURE FEUDALI.

- I. *J. P. de Ludewig* ad A. B. tit. 7. §. 2. lit. i. ad verba: *virtute regni, & principatum suorum*, amat opinionem suam, *Archiprincipatus Imperii*, non solius utilitatis, sed & proprietatis feuda esse, ita, ut terrarum illarum dominium directum non sit penes *Cæsarem*, & Imperium, sed penes *Archiprincipes*.
- II. Assentior *Magdeburgensi* Cancellario, quoad *Archiprincipatus ecclesiasticos*, non quoad *seculares*.
- III. Successu temporis tamen non nego, *ecclesiasticis* etiam territoriis adjecta fuisse multa feuda particularia propriè talia, quorum proprietates sit penes *Cæsarem* & Imperium.
- IV. Temporibus *Henricorum IV & V. Imp.* investitura *Regalium*, *Episcopis* & *Abbatibus* facta, non erat concessio feudi.

### EX JURE CRIMINALI.

- I. *Fridericus* I. Imp. an. 1158 ducto in *Italiam* exercitui 28 leges disciplinae & pacis præscripsit; quas *Archiepiscopi* (hos inter *Arnoldus* Mog., *Hilinus* Trevir., *Fridericus* Colon.) *Episcopi*, & *Abbatibus* datis pro se dextris firmaverunt, & violatores pacis severitate pontificalis officii coercendos promiserunt. *Radevicus lib. 3. cap. 27.*
- II. Has inter erat ista: *Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio: qui verò habere præsumpserit, auferetur ei omne suum harnasch* (apparatus militaris) & *excommunicatus habebitur: ET MULIERI NASUS ABCINDETUR.*

III.



- III. Verbum *nemo* complectebatur quoscunque milites, non solum *gregarios*, & *minoris ordinis*, sed etiam *majores*.
- IV. *Excommunicatio* hæc erat separatio ab Ecclesiâ catholicâ.
- V. Verbum *habere* intellige *cum effectu* turpis commercii.
- VI. Nisi abscissio, *soli mulieri* decreta, erat iusta, tum propter sceleris frequentiam, *arg. l. 1. ff. de abig.* tum propter mala, quæ impudicæ mulieres inferunt exercitui, tum etiam ad majorem terrorem; cum illæ timeant jacturam formæ, quæ eis sæpe pro dote est.

### EX JURE TREVIRENSI.

- I. Tit. VI. *Sand-Rechtes* §. 12. *Donatio inter vivos* facta conjugum ab alio, quàm ab *ascendentibus*, pertinet *inter acquiretus*, conjugibus ex æquo *communes*, nisi donator *expressè* velit contrarium:
- II. At quod *per ultimam voluntatem*, vel *ab intestato* obtingit conjugum alteri, *commune* non fit.
- III. Hæc dispositio abest à statutis *Caroli Caspari à Petra* de an. 1668; neque ex moribus tracta esse videtur.
- IV. Est contra *communioem DD*, teste *Heesero* de acquiretib. conjug. loco 18. n. 11. & 13. Desumpta videtur ex *Joanne à Sande Decis. Frisc. lib. 2. tit. 5. defin. 3.* cujus magna semper fuit apud Trevirenses Pragmaticos *authoritas*. Quæ, an fortiter defendi possit ratione juris, subsisto.

### HISTORICUM.

- I. Anno 1111 *Henricus V.* hieme intravit cum exercitu Italiam, Romæ in Imperatorem coronandus: antequam illuc venerat, placuit foedus inter nuncios ejus, & *Papæ Paschalis II.* juratum; & datis obsidibus firmatum est inter alia, ut *Papa* juberet in die coronationis adstantes *Episcopos*, *dimittere Regalia sua in manus Imperatoris*: quatenus hoc medio cessaret omnis quæstio de *investituris Episcopatum & Abbatiarum*.
- II. *Henricus* ad urbem venit *sabbato ante Quinquagesimam* (11 Februarii)

rii) altero die consecrandus; jam omnibus ad solemnitatem in Basilicâ D. Petri congregatis, Papâ verò petente instaurari fœdus, secessit *Henricus* in partem cum Episcopis & Principibus, tractaturus aliquid: tardiore horâ protractâ, Pontifex per nuncios petiit denuò impleri conventa: Episcopi Germaniæ huic sensim aperiebant, causam moræ hanc esse, *quòd conventio de dimittendis regalibus firmari non possit.*

III. Hanc protractæ coronationis causam Imperator non significavit Papæ, sed alium obtentum quærens petiit ab eo, *ut sopiretur prius discordia inter Papam, & Stephanum Nortmannum, Cæsari fidelem.*

IV. Excusavit se Papa à provecto jam die, & prolixitate ceremoniæ, petiit verò impleri promissum à Cæsare.

V. Tum unus de comitatu coronandi in medium progrediens Papæ dixit: *quid tam multis agimus verbis? Scias, Dominum nostrum Imperatorem Imperii coronam ita velle suscipere, sicut illam Carolus, Ludovicus, Pipinusque \* sumpsere.*

\* *Pipinus coronam imperialem non suscepit; quanquam in archivo Constantiensi duo, in S. Maximini unum diplomata sint, in quorum sigillis legitur: Pipinus Imperator \* cùm an. 1770 hoc unâ cum celeberr. Professore Argentin. Schæpplino ejusque eruditis è Societate Mannheimensi comitibus viâ litterariæ duobus viderem, testatus ille est velut oculatus testis de duobus supradictis.*

VI. Papa cùm reposuisset, se *absque impletione pacti conventi* Cæsarem coronare non posse, Cæsar eum armato milite in ecclesiâ circumcinxit, ut die ad vesperum declinante Papa ægrè ad altare S. Petri solemniem Missam faceret, *coronatione ommissâ.*

VII. Expletâ Missâ, de sede compulsus descendere Pontifex, deorsum ante B. Petri confessionem cum Cardinalibus sedit, ad noctem usque à militibus custoditus; tandem cum fratribus extra atrium Ecclesiæ ductus est in hospitium, captâ cum ipso clericorum, laicorumque multitudine.

VIII. Quo intellecto, Romani omnes Allemannos, eos etiam qui orationis causâ urbem ingressi fuerant, necârunt, & postera die egressi urbe dimicârunt cum Allemannis usque ad vesperum, hinc inde multis hominum occisis millibus, Teutonibus à bello recedentibus.\*

\* *Teutones resoluti bello, inquit Petri chron. Cassin., ex quo hæc historia, à pugnâ*

*pugnâ se subducere ceperant; virtus enim eorum, ut ait Eutropius, sicuti primo impetu major quàm virorum est, ita sensim languescens fit imbecillior, quàm feminarum: habent namque aliquid cum viribus suis: mox enim cum calore remari ceperint, in sudorem conversi deficiunt, & quasi à sole solvuntur.*

**IX.** Romanos spoliis onustos in urbem revertentes sub eam denuò aggressus est miles cæsareus, magnâ quidem utrinque cæde, represso tamen isto, & ad castra reverso.

**X.** Interim Pontifex, sacris vestibus exutus, pertractus est *vinctus*, quò pergebat exercitus, cum aliis: custodiebatur à magnatibus Cæsaris, qui etiam illi ministrabant per 61 dies.

**XI.** Non aliâ lege dimissus est, nisi jurejurando, 1) *Quòd ulterius non inquietaret Imperatorem ejusque Imperium de præsumpto, vel temerato ecclesiarum jure, & de injuriâ sibi, suisque irrogatâ; in personâ Imperatoris ac bonis malum aliquid sibi, vel alicui personæ non redderet; neque pro hâc causâ Imperatorem unquam anathemati subderet.* 2) *Imperatori confirmaret privilegium sub anathemate, ut Episcopos, & Abbates liberè electos absque simoniâ annulo, & virgâ investiat; Episcopusque sic investitus liberè consecrationem ab Archiepiscopo, ad quem pertinuerit, sumat. Siquis verò à populo & clero eligatur, & ab Imperatore non investiat, à nemine consecrator.\** 3) *Archiepiscopi & Episcopi libertatem habeant consecrandi investitos ab Imperatore.\*\** 4) *Quòd Papa Imperatori regnum & Imperium & principatum officii sui auxilio conservabit.*

\* Investitura cæsarea, consecrationem præcedens, importavit *consensum Principis in personam electi*, tanquam sibi gratam; quod nihil erat contra Ss. Canones. Arg. cap. 18 in fin. de elect.

\*\* Hinc animadvertet, tunc *confirmationem*, quæ inter *electionem*, & *consecrationem* mediaret, nondum fuisse introductam. Post concordata Germaniæ *confirmatio* Episcoporum omnium, & *Abbatum immediatorum* reservatur Papæ, non autem *consecratio* *Archiepiscoporum* & *Episcoporum*; licet Papa ad instantiam illorum plerumque dispensare soleat, ut confirmati eligere sibi possint alium à suo Metropolitano vel seniore Suffraganeo consecratorem.

**XII.** Expedito privilegio Pontifex, licet invitus, subscripsit, & sigillo munitum extradidit, insecuto 13 April. an. 1111 (feria V post *Quasimodò*) coronavit *Henricum* in Vaticanâ, retradens sub ipsâ hac solemnitate prædictum privilegium, sicut Imperator à captivo stipularus sibi erat. Sed

XIII. Anno 1112 die 28 Mart. in Synodo Romanâ *Paschalis* factum su-  
um, tanquam pravum, confessus, correctioni fratrum, consilio, ju-  
dicioque illud submitit, *professione, tum fidei, tum canonum Aposto-  
rum, quatuor universalium primorum Conciliorum, nec non Decretorum  
RR. PP, præcipue Gregorii VII. & Urbani II., emissâ.*

XIV. Patres Concilli, plus minùs 100, præeunte *Gerardo*, Engolis-  
mensi in Gallia (d' Engoulême) Episcopo, decreverunt, *privilegium*  
illud, utpote per violentiam extortum, non debere dici *privilegium*,  
sed *pravilegium*, proinde iudicio S. Spiritûs damnandum, irritum ju-  
dicandum, & nequid authoritatis habeat, penitùs excommunicandum.

XV. Rationem dederunt ulteriorem hanc, *in eo privilegio contine-  
ri, quòd electus canonicè à clero & POPULO à nemine consecratur,  
nisi priùs à Rege investiat, quod contra Spiritum S., & canonicam in-  
stitutionem esset.\**

\* Sic ergò *populus* plus juris haberet, quàm *Caput*, & *Princeps populi*.

XVI. Ratio autem *violente extorsionis* meritò allegata est. *Arg. l. 22  
ff. Quod metùs.*

XVII. Non item altera, quam dixit *Paschalis: Caesar, & Cesarini non  
servaverunt nobis, quod ab ipsis juratum fuerat, scilicet, auferenda esse  
Episcopis Regalia.\**

\* Cùm *Caesar* hoc *Papæ* non posset promittere.

XVIII. Religiosè tamen sensit *Paschalis*, declarando: *ego tamen Henri-  
cum nunquam anathematizabo, & nunquam de investituris inquietabo...  
habebunt iudicem Deum, propter suum juramentum. Cap. 8 de jurejur.*

XIX. Quod prædictum Concilium dixerat, esse contra Spiritum S.,  
& canonicam institutionem, hoc postea 8 Sept. an. 1122. *Calixtus II.*  
*Wormatiæ* cessit: *ELECTUS\* autem à te regalia recipiat per sceptrum,  
non amplius in annulo, & virgâ.*

\* Usus tamen contrarius pridem fert, quòd *confirmatio, & consecratio* præce-  
dant *investituram*.

BE-

Illustra-  
nem S. Step-  
dit an. 125  
marci deno-  
oces. Mog

Q. Quot  
& Effent.

Clavis.  
Ieronim,  
Marco illa  
culgaris S  
libra 12  
erant 600  
tibi dicit

Factum  
vide in I  
60 & semi  
in Ha  
V. & VII.

Allio 1. I  
Taronenfi  
geni, &

Quisq  
dus, G  
diversi  
Colonie  
temporis  
senfer &  
narii: hi  
per totum

Addio 2. S  
Philippus  
dere duo  
explicat:

## BELLARIA

De re monetariâ mediæ ævi.

**I**llustre Capitulum S. Gereonis Coloniae, cui Ecclesia de Nackenbeim Mogunt. Dioeces. erat incorporata, translata in collegiatam insignem S. Stephani Moguntiae incorporatione, *separato contractu* huic vendidit an. 1258 bona temporalia ibidem, & in quibusdam aliis locis, pro 750 *marcis denariorum Colonienfium*. Ampl. D. Officialis WÜRDWEIN Dioeces. Mogunt. Tom. I. pag. 420.

Q. Quot essent argentei unciales Gallicani Ludovicorum XV. & XVI?

R. Essent 1000.

*Clavis.* Denarius Colon. tunc erat *3<sup>ta</sup> pars drachmæ*, five *scrupulus argenti 15 lothorum*, Rönigs Silber: 24 Denarii æqualebant uni de prædictis uncialibus. *Marca* illa non erat, sicut est hodierna, *dimidia libra*, neque tantum, sicut fuerat *vulgaris & usualis olim, 12 solidorum*, sed vera propria, *8 uncias ponderans*; dum libra 12 continebat. *Uncia* complectebatur 20 denarios. Illæ igitur 750 *marcæ* erant 6000 *uncia*, five 120000 denarii Colonienfes, Hos divide per 24 & divisor tibi dicit *unciales Galliaæ modernos*.

Factum hoc est sub Archiepiscopo Colon. *Conrado*, cujus *denarios* bene excusos vide in *Ioachims Münz-Cabinet's zehenden Jah* Tab. VI. n. 55. 56. 57. 58. 59. 60. & *semidenarios five obolos* Colon. n. 61. 62. & 63; quos non sic assecutus est *sculptor* in *Hartzheimii Histor. rei nummar. Colon. tab. IV. n. VI. & VIII. Reliqui n. V. & VII. sunt oboli Colonienfes*.

*Additio 1.* Dicit hic cap. XIII. §. 3. *P. Jos. Hartzheim S. J. Solidus*, vel *Grossus Turonensis*. vel *Grossus regius Turonensis* æqualebat *24<sup>ta</sup> parti marcae boni argenti*, *Gotz Gelds*.

Quisquis, five liber, five homo, hoc ei suggestit, erravit: nam tria hæc; *Solidus*, *Grossus Turonensis* simpliciter prolatus, & *Grossus regius Turonensis*, erant diversi valoris monetae sæc. XIII: *solidus* constabat *duodecim denariis* scrupularibus Colonienfibus, *Grossus Turonensis* duobus, *regius* autem tribus. In *marcam* ejus temporis ibant *Solidi 13 $\frac{1}{3}$* ; five denarii 160; in eandem concesserunt *Grossi Turonenses 80*, & *regii 53 $\frac{1}{2}$* . *Vigesima quarta pars marcae* erat  $\frac{1}{3}$  *uncia*, five  $6\frac{2}{3}$  *denarii*: hi neque *Solido*, neque *Turonensium alterutri* quadrant. Paucis, erratum est per totum; quicumque demum sit author erroris.


*Additio 2.* Similis error ibi prostat retro cap. 8. §. 5., ubi narrat, quod sæc. XII. *Philippus* Archiep. & cives Colonienfes, Imp. *Friderico* reconciliati, debuerint pendere *duo millia marcarum* & curia *Augustæ 260 marcas*; valorem hujus multæ sic explicat: „ *Marcam* his in locis intellige 1) *marcam argenteam pagamenti*, vel *usua-*

„ *usualem*, non de *marca octonum unciarum puri argenti*. 2) *Hæc marca pagamenti*  
 „ *exeunte sæculo XII & ineunte sæculo XIII æstimabatur*, & pende-  
 „ *bat 20 solidis argenteis*, vel *Grossis Turonensibus*, *Rönigs-Turnufs*; cujusmodi plures in  
 „ *cinelio nostro*, & apud *D. Waradinum Hüls* supersunt. Et *hujusmodi 20 Turni*  
 „ *valebant hoc anno 1750 circiter sesqui Imperiali*, seu *90 stufferis Colonensibus*,  
 „ *vel 45 Grossis Colon.* 4) *Hinc multa 2000 marcarum*, æquiparanda est *ter-*  
 „ *mille Imperialibus nostri sæculi*, & *260 marca pro curiâ 390 Imperialibus nostris.*

Quot propositiones, tot errores, quos non carpo ad invidiam viri eximii, de re  
 literariâ omnium classium meritissimi, Theologiæ Doctoris p. m; sed unice, ne  
 quis judicium in causâ monetæ antiquæ hac authoritate motus lædat justitiam;  
 propterea publicæ rei interest moneri errores in re monetariâ libris mandatos.

Ad 1) Non fuit hæc *marca pagamenti* sive *usualis*, eine *Eurrante Mark*, quæ præsta-  
 batur 12 solidis, sive 144 denariis scrupularibus, sed vera *marca 8 unciarum*,  
 sive  $13\frac{1}{3}$  solidorum, i. e. 160 denariorum; hæc præsumitur & accipitur, nisi ap-  
 positum sit verbum: *usualis*. Octo unciæ utique non intelliguntur *hodiernæ*, qua-  
 rum quælibet 24 denarios habuisset, sed 20 denariorum duntaxat; hinc illa *uncia*  
 pro  $\frac{4}{24}$  partibus minor fuit *moderno unciali Gallie*. Neque prætenditur *purum* ar-  
 gentum, sed quod vocabatur *regnum*, legis 15 lothonum.

Ad 2) Quot *solidis* æstimata fuerit hæc *marca*, mox dixi; si 20 *solidis*, jam non  
 fuisset *marca*, sed *libra*, quæ major erat *marca* pro *una* tertiâ. *Grossi regii Turo-*  
*nenses* 20 tantum fuere 60 scrupuli argenti, qui fecerunt tres solum uncias, quæ  
 adhuc procul absunt à *marca*: sunt  $2\frac{1}{2}$  unciæ moderni Gallie: & ipsæmet plures  
 teneo ejusmodi *grossos*; & quanquam aliàs jam excuderim unum eorum *Philippicum*,  
 eiten *Philippus-Turnes*, à *Philippo IV.* Gallie Rege Sæc. XIV sic nuncu-  
 patum, do tamen hîc rarum *Turonensem* nostri Imp. *Ludovici IV Bavari* de  
 eodem sæculo æquè justum, ac ille est:



pendit *drachmam legis 15 lothonum*: in *aversâ*, ubi *crux*, extrema inscriptio est:  
 BNDICT : SIT : NOME : DNI : NRI : DEI : EHV XPI + i. e. *benedictum*  
 sit *nomen Domini nostri Dei Jesu Christi*, sicut sunt inscripti *Philippici*: in circulo  
 autem intimo, non, sicut hi: *Philippus Rex*, sed: *LUDOVICUS IMPERATOR Ro-*  
*manorum*: reliquâ figurâ seu signaturâ similis *Philippico* per omnia. In *aversâ* non  
 legitur: *Turonus civis*, ut in *Philippico*, sed *Turonus de MOTE*, qui locus aut  
 officinæ

officina erat aut argentifodina. Dedit hunc nummum, dicitque rarissimum Gros-  
sum, einen Hauptaren Groschen, clariss. *Joachim* in Supplemento I. des Groschen  
Cabinetis pag. 94. n. 36, & pag. 90 describit locum & causam excusionis in *Mon-*  
*te Hannonia*, in *Mons im Hennegau*. Cum ista moneta, Francicae imitatrix, in  
pondere & lege quadantenus abundet, non incurrebat excommunicatio reservata  
*Extrav. un. Joan. XXII. de crim. fals. ab excusore.*

Ad 3) Hujusmodi 20 Turni, quorum quisque drachmam argenti regii pondere aequa-  
ret, sive  $2\frac{1}{2}$  unciales Galliae valerent tantum *sesqui Imperialem de computo!* cum  
praecellant  $2\frac{1}{2}$  Imperiales in specie, qui & ipsi quidem sunt uncia, sed paulo mino-  
ris legis. Non capio hanc evaluationem, qui fieri poterit.

Ad 4) si velis argentum quatuor, vel ulteriorum retro saeculorum ad aliquam mo-  
netam nostri temporis tutò reducere, atque post centum & ultra annos à posteris  
intelligi, reduc ad unciam 15 lothorum, non ad *Stufferes*, *Grossos*, *Albos*, *Ba-*  
*ciones*, *Capitella* nostri temporis; horum quippe omnium valor intrinsecus post  
saeculum, aut citius, ignoratur, lege talium monetarum vel in pejus, vel in me-  
lius mutata; quo in genere *Budeus*, *Hostus*, *Covarruvias*, & multi alii peccarunt,  
obscuras nobis relinquendo ideas.

Quot ergò unciales argentei legis 15 lothorum moderpi erant illa 2000 marcae?

Erant 16000 veteres unciae, quarum quaelibet numeravit 20 denarios *Colom-*  
*fac. XIII* adhuc, id est scrupulares, quo super ipsemet *Hartzheimius* nobis dedit  
egregiam documentum pag. 153; consequenter 16000 veteres unciae fuerunt 320000  
denarii talis ponderis, & legis. Hos divide per 24 denarios in moderni temporis uncias  
ejusdem legis, & ponderis regii, obtinebis  $13333\frac{1}{3}$  tales unciales; & illa uncio-  
res in multa posita 260 marcae pro Curia Imperatoris facient regii argen-  
ti 2080 uncias veteres, denarios autem scrupulares 41600, hi verò  $1733\frac{1}{3}$   
unciales regios.

*Additio 3.* Error *Salii*, quem typi aut exemplaris credo, committitur pag. 109. Anni  
„ MCCXX conventionem monetali inter *Archiep.* *Colom.* & *Dominos de Concilio*  
„ civitatis *Coloniensis* tum *Graviones*, & *Scabinos* statutum fuit, *marcam boni auri*,  
„ in *syngraphis contractuum enuntiatam, valere & redimendam esse QUATUOR &*  
„ *VIGINTI bonis, non accisis, REGIIS TURNIS argenteis.* Et subjungitur;  
„ universum apud Romanos, & saeculo VI. VII. VIII. urbis Romae & Francos  
„ primae & secundae stirpis fuit aurum fere duodecies praestantius argento, & con-  
„ sequenter libra & marca auri fere XII. melior libra & marca argenti. Relinquamus  
hanc opinionem proportionis fere 12ma, quanquam antiquitas vix inveneris in ea  
fracturam, & verius sit, tum apud Romanos tum apud Francos viguisse olim pro-  
portionem decuplam aurum inter & argentum. *Marca boni auri* conventa tenebat  
8 uncias, uncia qualibet 20 denarios. i. e. scrupulos auri: igitur 160 scrupuli boni  
auri valissent tantum 24 regiiis Turnis, sive 72 scrupulis argenti boni: essetne  
haec fere duodecima proportio, ut unus scrupulus auri fere 12 scrupulis valeret  
argenti?

C


Cor-

Corrige positionem sic: ut marca boni auri redimenda esset sexcentis quatuor & viginti regis Turnis: tunc marca auri valuit fere 12 marcis argenti, videlicet  $11 \frac{112}{1000}$  marcis, sive 1872 denariis Colon. sæc. XIII, qui facerent hodie 78 uncias argenteos Gallie, in unumquemque conferendo octo regios Turonenses. Pag. 113. adfert ex Vol. 2 farrag. Gelen. pag. 99 conventionem Rudolphi I. Imp. cum Electoribus, Trevirensi, Coloniensi, Palatino, aliisque Principibus. &c. Boppardie an. 1282. 23. Septembr. (erat feria VI ante Michaelis, lit. Domin. D, consecr. quæ factam, jubentis, ut de qualibet marca eaderentur solidi tredecim & quatuor denarii. Putavit Hartzbeimius, hanc marcã jam fuisse Coloniensem 16 lothorum modernorum, sive 8 unciarum: ex hoc, inquit, diplomate patet 3tio Marca Coloniensis usus in monetã eundã, quæ toti Imperio communis sit, &c. Ne decipiare! Marca Coloniensis tenuisset denarios ejus temporis Casareos, & Colonienses i. e. scrupulares argenti 15 lothorum 192, qui fecissent 16 solidos: illa verò fecit tantum  $13 \frac{1}{2}$  solidos: ergo non fuit Coloniensis Marca, sed antiqua Carolingica computans, videlicet  $\frac{2}{3}$  libræ Carolingicæ. Coloniensis marca ante sæc. XV. non apparet, quo Colonienses auxisse videntur 8 uncias veteres, singulas de 20 denariis ad 24 denarios scrupulares, & sic antiqua marca crevit 32 denariis; & libra, quæ Carolo M. & post eum diu, tantum erat 12 unciarum veterum, aucta est ad 16 uncias novas, & Marca fiebat primum dimidia libra; quam rem notabilem pauci (fortè nulli) animadverterunt nostrorum Zygoftatum.

## PROSTHESIS

*ad nummos æreos Romanos ultimi exercitii.*

- I. Statim post ultimam disputationem, in quã de vero loco portæ Trevirorum inclitæ ad pontem Mosellæ disceptabatur, allati mihi fuerunt 16 ærei, ita ut nuperi in aversâ signati; atque inter eos unus nummulus minimæ formæ, pondere 19 momentorum æris, in quo bustum Magnentii, coronã perlarum redimiti: DN MAGNENTIUS PF AUG., in aversâ porta inter duas turres, supra quam stella: GLORIA ROMANORUM: locus excusionis quidem illegibilis, non esse autem Treviros, probat N ultima litera.
- II. Inter majusculos erant Constantini M. quinque; duo infra portam signati: PTRE, tertius: PTR; quartus STRE, ut vides in hac icone;



quem



quam rursus do, tum, quia in nummo nuper sub n. I. edito signatura hæc detrita fuerat, tum quia vultus *Constantini* melius apparet, quam in illo: inscriptiones sunt eadem, nempe in adversâ *Constantinus Aug.* in aversâ: *Providentia Augg.*


III. Sed & *quintus* cum busto dicti Imp. *Constantini* oblatu fuit, atque eadem portâ, & subtrus eam: S CONS; à dextro latere portæ S, à sinistro C, i. e. *Senatus Constantinopol.*; in peripheriâ: *Virtus Augg.*, i. e. *Augustorum, Constantini & Licinii.* Literæ illæ *Signata Constantinopoli* sanè non indicant *inclytam*, siqua tamen fuerit, *portam Trevericam*; sed aut urbem residentialem Constantinopolim, aut ipsum Romanum Imperium.\*

\* Quo modo hodieque dicitur: *Porta Ottomanica* pro imperio Turcarum; quæ & *inclyta* inticulatur, die glänzende Pforte.

Additio 1. L. B. *Guilielmus de Crasser*, *Leodius*, in serie congestorum à se numismatum pag. 317 *castrorum portam* putat; *Philippus Argelatus* pag. 461 *castra prætoria*: cense & elige.

Additio 2. Mox nominatus *Argelatus* pag. 587 literas PCONS sic legit: *Prima* (pensio vel indictio) *Civitarum Omnium Narbonensis Secundæ*, atque ita S præpositum CONS. indicaret secundam pensionem: Sed pag. 588 refert lecturam J. *Hardumi* S. J., per CON intelligentis Constantinopolim. Eadem pag. 588 literas-STRE exponit: *Secundum Trevirorum beneficium*, id quod violentiâ non caret: præplacet *Hoffmanus* Lexic. contin. Tom. 2. pag. 113. sic explicans: PTR, *percutta Treviris*, SMTRS, vel SMTS, *signata moneta Treviris*, idem SMTS, & ST, aut STR, *signata Treviris*, & coetera plura ibid. Prælaudatus *Argelatus* tandem pag. 590 in fin. col. 2. ait., *Treviris* saltem quinque officinas monetarias fuisse sub Romanis, in nummis notatas literis latinis A. B. C. D. E., ac subinde græcis A. B. Γ; sic in *Crispo*, *Constantini* filio, legi: ATR, i. e. *officinâ primâ Treviri*, in eodem BTR i. e. *officinâ secundâ Treviri*: in *Valentiniano* juniore TR. OBC i. e. *Treviris obfignata officinâ tertiâ*: in *Constantino* M. PTRE i. e. *percutta Treviri officinâ quinquâ*: in *Delmatio Cæsare*, *Constantini* M. ex fratre nepote, SMTSE, i. e. *sacra Moneta Treviri signata officinâ quinquâ*.

IV. Quem num. IV dedi æreum *Gratiani* Imp., non stellâ, sed S supra portam conspicuum, eundem habemus *Treviris* parem *Valentis* Imp. qui fuerat *Gratiani* patruus. En typum:



In adversâ: DN VALENS AUG. in aversâ: GLORIA ROMANO-  
RUM, infra portam. Signata Moneta TReviris.

V. Cœterùm ingenuè fateor, me hæctenus Trevirense documentum  
non invenisse, per quod de illa sic dicta *inclytâ Trevirorum porta* con-  
staret: suspicor igitur (in tenebris adhuc palpanti hoc ignoscerur)  
*Masenum & Lindenum* nostros hanc portam repetiisse à nummis Treviri  
percuttis, qui portam inter muros stantem ipsis quidem videbantur  
præ se ferre.

L. O. H. D.



IN AUDI

TENTA

HI

U

GEOR

J.U.D. ad  
fessore ord  
legiatar ad  
bliotheario  
Pri

D. PE  
Arc

D. FR  
DERM

a  
Juris u

ri redimenda esset sexcentis aureis & fere 12 marca argenti, videlicet II conferendo octo regioes Thuringie conventionem Rudolphi, Imp. cum aliisque Principibus. &c. Boppardense Michaelis, lit. Domin. D. consubstantialis, ut de qualibet marca cubo Putavit Harzebeimus, hanc aereoniam, sive 8 unciarum: ex hoc, in moneta eudenda, que tunc in usum tenuisset denarios ejus temporis 15 lothorum 192, qui fecerunt ergo non fuit Colonienfis Marca, sed e Carolinica. Colonienfis marca ex aere videntur 8 uncias veteres, fiores, & sic antiqua marca crevit per dies, tantum erat 12 unciarum res fiebat primum dimidia libra; quam nostrorum Zygotatum.

S  
 timi exercitii.

in qua de vero loco portae disceptabatur, allati mihifuerunt; atque inter eos unus nummorum axis, in quo bullati: DN MAGNENTICUS PF, supra quam stella: GLORIA, eadem illegibilis, non esse autem

quinque; duo infra portam sig-  
 STRE, ut vides in hac icone;

quem

